dicimus Cęnam domini. Sed hęc omnia nos ita hic po
ſuimus. ſicut in aliorũ dictis uel ſcriptis comperimus.
lectori uiam dantes. ſi quę ueracius & rationabilius
exquiſita inuenerit obtinere. Notandum tamẽ eſt q̃d
a Quinquageſima ieiunium incipere apud Romanos.
Theleſphorus ſępe memoratus Papa cõſtituit. ut per
ſeptem ebdomadas ante paſcha. corpus ieiuniis caſti-
gemus. qui alias ſeptem poſt paſcha uſq; in pentecoſtẽ
in lętitia a ieiuniis relaxare uolumus. ut priorem quin
quageſimam in plenitudine peccatorum noſtrorum
exigamus ad promerendam miſericordiam. & in ſcd'a
laudibus et orationibus operam dantes. ſtudeamus
peruenire ad promiſſã ſpirituſſancti gratiam.

DE DIE PALMARVM. Ca. XXXV.

d Ies palmarum ideo celebratur. quia in eo dñs
& ſaluator noſter. ſicut prophęta cecinit Hieru
ſalem tendens. ſuper aſellum ſediſſe perhibet.
Tũc gradiẽs cum ramis palmarum multitudo plebiũ
obuiam ei. clamauerũt o zanna. benedictus qui uenit
in nomine domini rex Iſrahel. In ramis enim palmarũ
ſignificabatur uictoria. qua erat dominus mortẽ mo-
riẽdo ſupaturus. & trophęo crucis de diabolo mortis
principe triumphaturus. In aſello autem ſuper quem
ſedendo Hieroſolymam uenit. indicabat ſimplicia cor
da gentilitatis. quã pręſidendo atq; regẽdo. pducebat
ad uiſionem pacis. Hoc autem die ſymbolum competẽ
tibus traditur. propter confinem dominicę paſchę ſo-
lennitatem. ut qui ad dei gratiã percipiendã feſtinant.
fidem quam confitentur agnoſcant. Vulgus aũt ideo
eum diem capitulauium uocat. quia tunc moris eſt. la-
uandi capita infantium qui unguendi ſunt. ne forte ob
ſeruatione quadrageſimę ſorditata. ad unctionem
accederent.